

EPICEDIA,

quae

Supremo Honori

VIRI

Nobilissimi atque Amplissimi,

Domini

LUCAE MO-
SCICKI,

Consulis atque Camerarii in Civitate Regia

Thorunensi gravissimi prudentissimique,

Cum

Apoplecticis doloribus afflictus,

Vitam placide d. XXIII. Sept. CIOIÖCCVIII

finiret,

Solenni exequiarum die,

qui erat d. XXVII/ Sept.

Observantiae contestandae ergo

dabant,

Rector & Professores Gymnasii Thor.



E Typographeo Nobilissimi Senatus & Gymnasii.

Du bist/ Erlöster Geist/ dem Kummer nun entrückt/
 Der in der Cämmeren nicht wenig dich gedrückt.
 Die Rechnung ist bestellt/ der Calcul ist gezogen/
 Und das/ was übrig war/ auffß schärffste abgewogen.
 Zwar sezt ein Potentat Zeit/ Ziel und Stunden an/
 Daß sein Client alsdenn die Rechnung lieffern kan.
 Und dieser/ wil er noch ein treuer Diener bleiben/
 Kan so mit Vorbedacht/ die Bücher richtig schreiben.
 Gott aber fordert oft geschwinde Rechenschafft/
 Wenn er ganz unverhofft die Sterblichen hinrafft.
 Wohl aber/ der vorhin sein alles überschlagen/
 Der kan mit frohem Geist sich zu der Rechnung wagen.
 Dir sezte/ Seeliger/ ein unverhoffter Schlag/
 Ein herber Himmels-Wind/ zur Rechenschafft den Tag.
 Du aber kanst zu Gott mit munterm Herzen gehen/
 Weil die Register schon in guter Ordnung stehen.
 Die Mängel die bey dir noch waren in der Welt
 Die hat die Zuversicht zu Gott/ zurecht gestellt/
 Und weil zu deinen Gott bist so getreu geblieben
 So ist die Rechnung auch von Christo unterschrieben.
 Ihr aber die ihr ißt/ durch diesen Schlag betrübt/
 Denckt/ daß auch dis zum Trost/ der Himmel übergibt:
 Es hat der Seelige sein Canaan gefunden/
 Sein Geist gieng aus der Noht in lauter Freuden-Stunden.
 Der Geist/ der ehemahl voll Sorgen hat gewacht/
 Und auff das Wohl der Stadt nur einzig war bedacht.
 Geneust im Himmels-Saal die längst versprochne Freuden/
 Von euch soll aber nicht sein Angedencken scheiden.

Dieses Wenige schrieb zu Ehren dem Seel. Herrn
 Ober-Kämmerer/ und zum Trost der Hinterlass
 senen Betrübten

M. P. Jaenichius, Gym. R. & P. P.

Epitaphium.

quod sibi pie defunctus Consul & Q. Thoran.

L. M. S. B. posuit.

Sta Viator,

ac disce,

Artem artium esse, scire bene mori.

Colligere thesauros est divitis.

Scientiarum fontes aperire, Sapientis.

Qua prosa qua vorfa loqui,

Oratoris & Poetae.

Veteres & novos LL. Canones interpretari,

Jurisperiti.

Morbos Epidemicos & nodosos tollere,

Medici.

Conscientias prostratas erigere,

Theologi,

Scire bene mori, solius est Christiani.

Hanc artem bene moriendi nunquam non excolui

& semel moriturus, saepe per partes

moriebar.

Credidi, me hic commorandi, non habitandi
domicilium habuisse.

In terra natus Coelum quotidie suspiciebam.

&

e miseriarum valle ad miserationum collem
tendebam.

Ubi semper Serenum.

Et praefui, & profui bono publico,
non obfui.

E bonis nihil jam meum,

nisi bona DEi voluntas,

in quam

Conjugem meam, liberos, nepotes & neptes

resigna

refigno.

Cætera sic dispono:

Inimicis meis omnibus ex animo ignosco.
de peccatis meis omnibus sincere doleo.

In Christum Redemptorem meum credo.

&

In hac fide Ecclesiæ S. Sacramento munitus
ab infinita DEi bonitate vitam æternam
exspecto.

Una Causa est cui victus succubui, Causa mortis.

Sciebam DEi decretum esse,

& vinci volui.

Abi Viator.

Te quoque hoc decretum manet,

Morieris!

Interprete

M. Martino Böhmi.

Fassenheimensi.

UT stellas guttasque potest nemo numerare,
Cælum quas vastum continet atque mare:
Sic hominum casus & causas mortis acerbæ
Vix quisquam cunctas enumerare valet.

Unius canum caput ægro vertice nutat,

Alterius langvens pesque manusque tremit.

Hunc flammæ perimunt, illum quoque surripit unda:

Iste cadit ferro, tactus & ille globo,

Quot tollit paralyfis, quotque epidemica pestis?

Denique quot frangit pectora cura gravis?

Hanc nostro nocuum morbum mortemque Beato

Consuli, & imprimis, accelerasse scio.

Curia Cui magnas quondam, sed tempore belli

Exhaustas jamjam credidit urbis opes:

Quas Idem veluti proprias curavit & auxit,

Donec in his curis occubuit placide!

Jam nec cura premit, nec Eum discrimina belli

Excruciant, pestis nec metus angit Eum

Omnibus his demum defunctus casibus inter

Cœlicolas posthac gaudia summa capit.

Pauca hæc

lugens & anxius deproperabat

M. Martinus Bertleffius

113582